

*Ms. h. II, 149
h. 37, 15.*

X 1880743

I. N. D. A. 33.

II k
4626

DISSERTATIO
DE
SUBJECTIONE
TERRITORIALI.

Quam,
PRÆSIDE,
DOMINO
JOANNE NICOLAO
HERTIO,
J. U. D. ET PROFESSORE PUBLICO,

*Præceptore & Agnato suo, patriâ sanctitate
colendo,*

Defendet

L. hque consuetis die Augusti

ANNO MDCXCVIII.

LUDOVICUS ERNESTUS HERTIUS,
WETZFLARIENSIS.



GISSÆ HASSORUM, Typis HENNINGI MÜLLERI.

VII. 1.



ANNA
DISSERTATIO
DE
SUBJECTIONE
FERRITORIALI



LEOPOLDUS ERNESTUS HERTIUS
WITTEBERRINUS
CASA MANNORUM, Typis HENNINGI WIELER





I. N. D. A.

CONSPECTUS DISSERTATIONIS.

DE

SUBJECTIONE TERRITORIALI.

§. I. SUBJECTIONIS TERRITORIALIS SYNONYMIA.

salli, à quibus distinguendi Ministeriales.

§. II. DEFINITIO.

§. XI. MODUS subjectionem constituendi.

§. III. DIVISIO prima, in plenam & minus plenam.

§. XII. MODUS subjectionem firmandi per HOMAGIUM.

§. IV. DIVISIO secunda, in liberiores & adstrictiores.

Cujus considerantur synonymia.

§. V. DIVISIO tertia, in mediatam & immediatam.

§. XIII. Divisio.

§. VI. SUBJECTUM. Subditorum differentia.

§. XIV. Et species ab homagio diversæ.

§. VII. Præsertim, quando in cives distinguuntur & incolas.

§. XV. Finis Homagii.

§. VIII. Quibus adnumerantur *Judei.*

§. XVI. Subjectum, sive qui homagium præstant, & quibus præstat.

§. IX. Item quando distinguuntur in subditos temporarios & perpetuos.

§. XVII. Modus jurandi.

§. X. A subditis diversi sunt va-

§. XVIII. Et quid obtineat, ubi homagium est limitatum.

§. XIX. VINCULUM SUBJECTIONIS, quale?

§. XX. Et an insolubile?

I.

Superioritati territoriali respondet subjectio, Germ. **S**Unterthänigkeit / Landsässerey. Quæ vox tamen κατ' ἐξοχήν usurpari solet de subditis eminentioris conditionis,

A

tionis,

tionis, puta Comitibus, Baronibus, Nobilibus, latifundia in aliquo territorio possidentibus. Quanquam harum nomine non raro controversiæ eieri soleant, Dominis regionum pro superioritate territoriali, illis pro libertate certantibus. Unde Eberh. à Weiche* non dubitavit scribere: *Definitionem der Landsässeren in multis Imperii conventibus sollicitè & curiosè questam, nondum tamen inventam esse.*

*Wahrem.
ab Ehrenb.
l. 2. de fœ
derib. c. 1.
n. 40.

Respondet subjectio. (Hinc vulgo dicitur, Landsäß und Landes Obrigkeit) tanquam activum & passivum, se mutuo respicere. Gail. 1. Obs. 21. n. 1. Schyvanman. Dec. Cameral. 1. n. 6. Wehner. obs. pract. voce Landsässeren. & ut est apud Meischner. tom. 2. L. 1. dec. 8. n. 4. Landsäß und Land s Fürst sunt correlata.

II. Subjectio est qualitas, personam obligans ad fidem, obsequium & reverentiam, regionis Domino præstanda, quatenus major respublica non est excepta.

III. Subjectio alia plena est, alia minus plena. Illa per omnia respondet superioritati territoriali, hæc in tantum & certo aspectu. Quorsum referas subjectio- nem personarum Ecclesiasticarum in rebus. quæ Romanæ Ecclesiæ sacra colunt. Hæ, quod personam & munus attinet, à profana jurisdictione sunt exemptæ, bonorum tamen intuitu regionis domino utique subji- ciuntur. Idque contra sententiam Canonistarum, qui exemptionem Clericorum in infinitum penè extendunt, per mores Germaniæ invaluit. Hinc actionibus realibus coram profanis iudicibus conventi comparere tenentur.

(1) obs. 37.
n. 4.
(2) obs. 22.
n. 2.

v. Gailius [1] & Mynsingerus. [2] Nec à tributis omnino sunt immunes. V. Ordnung des Regiments A. 1500. tit. das die Geistlichen allweg R. I. A. 1544. §. und nemlich sollen 27. §. und dieweil 32. §. und zu diesem 34. R. I. A. 1576. §. 12. R. I. A. 1582. §. und demnach II. R. d. A. 1594.

A. 1594. §. demnach sollen 159. R. I. A. 1603. §. nachdem 17.

conf. Klock. (3) Eodem pertinent, qui bona in quadam regione possident, cum alibi domicilium habeant, forenses vulgo dicti (ab Itatorum *fuori*, adeoque aliã quam apud Romanos notione, qui eã voce homines otio deditos & assidue in foro versantes signabant) **Muslensische und Muswertische.** Certè ista bonorum possessio personam quã talem non afficit, sed ad bona pertinet. Unde hujus generis homines *subditos reales* non ineptè cum Ill. Dn. ab Eyben (4) vocare possumus. Et profectò errant Gailius (5) & alii, qui tales omnino subditos esse negant. Quandoquidem & homagio sec. quorundam locorum consuetudinem non reprobendam obligantur, (6) & tributis eos onerari posse, cum usus Germaniæ probat, tum recta ratio docet, ut communis velut tutelæ pretium non minus capiat is, qui bona, quàm qui personas imperio suo complectitur. v. Mantzius (7) & Zieglerus. [8] Accensemus his etiam personas *à méors* Imperio subjectas, idque, si non sint Imperii Status, liquidum est ex Instrumento pacis Westphalicæ art. VI. §. 10, ubi exsertè dicitur, liberos & immediatos Imperii Nobiles quandoque, ratione bonorum & respectu territorii vel domini, aliis Statibus subjectos esse. Enimverò de Statibus Imperii acris est controversia, quæ ipsos Camera Imperialis Assessores quondam suspensos tenuit. v. *Dubior. Cameral. XII. junctis Recess. Imper. A. 1594. §. 57. R. I. A. 1600. §. 145.* & magno quondam ardore inter Bavariæ Duce[m] atque Ortenburgicum Comitem agitata fuit. Cujus litis acta publicè impressa leguntur, & summam exhibentur à Besoldo. Nos distinguendum existimamus, tales recens status dignitatem sint indepti, an eam jam olim

(3) Relat. Cam. 110. n. 14. Cons. 127. n. 46.

(4) c. 11. El. feudal. § 14. seq.

(5) de attest. c. 6. n. 8. seq. & de pign. obs. 15 n. 5. seq. 2. obs. 35. n. 14. seq. conf. Michael. de jurisd. § 57. & alii adducti à D. ab Eyben. d. 1.

(6) v. Ritter. de homag. § 101.

(7) Decis. Palatin. quæst. 19. n. 3. & 4.

(8) de jur. maj. l. 2. c. 2. §. 53. seq.

habuerint, cum paulatim increfceret superioritas territorialis. Illi haud dubie regionum Domino, cui fuberans, dignitate recens acqumfita detrimentum adferre non potuerunt; ut adeo in eorum res & perfonas superioritas territorialis maneat fundata. Quam in rem notabilis est fanoio in *Recessu J. A. 1548. §. 66.* Addatur *Capitulat. Augustiff. Imperat. Leopoldi art. 44.* ubi ftatuatur dafz eines oder des anderen unter Chur-Fürften oder Ständen des Reichs gefeffenen und begüterten zuehöhern Standserhebung dem juri territoriali nicht nachtheilig feyn/ und die Ihm zugehörige und in folchem Land gelegene Güther einen als den andern Weg unter voriger Lands-Fürstl. jurisdiction verbleiben sollen. Hi retinuisse videntur jura majoris Reip. At in specialibus rebus, quæ neminem quicumquam in earum regionibus possidere patiuntur, nisi sub lege subjectionis (uti fit in Archiducatu Austriae, Bavarîâ, Pomeraniâ, Marchiâ Brandenburgensi, Ducatibus Brunsvicensi & Lüneburgico, Landgraviatu Hassiæ & alibi. Jamdudum enim de Saxonia Helmoldus. (9) *In hac terra sola Ducis attenditur auctoritas.* Fridericus II. Imperat. in privilegio Austriae Duci A. 1246. dato (10) *ut nullus suorum feudalium aut suarum terrarum inhabitantium vel possidentium nulli alteri aliquid juris obediat.*) superioritati, qua in bonis territorio inclusis radicata est, subtrahere se haud possunt; ab iisdem etiam homagium justè exigitur. Idque usus probat, quicquid aliqui dicant, de quo infra. Quanquam consuetudine receptum tradat D. Rhetius [11] integrum his esse, subjectionis ministeria per alios obire, & titulis vocabulisque *Ihrer Erb- und Oberherrn* vel *unterthanen & Landsassen* abstinere. Quod verò quidam Saxoniorum Jctorum tradunt, Comites

(9) Lib. 4. Chron. Slavon. c. 74.

(10) Apud Joann. Cuspinian. in Austria p. 34.

(11) Ad I. feud. I. p. 159. seq.

mites & Barones, qui in Saxonia ab ejus Ducibus feuda tenent, ibi actionibus etiam merè personalibus posse conveniri, ut ut alibi domicilium habeant, id profectò singulare est, nec in aliis Germaniæ regionibus locum habet, in ipsâ etiam Saxoniâ pactis interdum temperari observavit D. Schilterus. (12) Contrarium rationi & æquitati convenientius dixit D. Strauchius, (13) quoniam territorialis potestas & jusjurandum subjectionis terminos suos egredi non debeant, fieretque alias, ut immedietas, quâ potiuntur tales personæ, planè inutilis efficeretur. Constat quoque Comitem Waldeccensem Saxo-Altenburgico Duci eo nomine movisse controversiam in Camera Imperiali. De quo scripta typis evulgata extant sub titulis: *Affertio Altenburgica contra Waldecc. & relatio in causa Waldeck contra Saxo-Altenburg.* [14] Notatu autem dignum est jam seculo quarto decimo Comites Thuringicos se subjecisse Landgraviis ejus nominis. Nam in reversalibus literis A. 1248, quas Henrico Landgravio dederunt apud Anthon. VVeckium (15) apertè profitentur: *se ipsum (Henricum) pro vero Domino agnoscere: idque bona fide & sine fraude inviolabiliter se observaturos, Henrico & filiis ejus promississe, præstito super hoc corporaliter juramento.* Antequam hinc abeamus, lubet subtexere, quæ circa hanc rem animadvertit grande Nobilitatis decus D. Seckendorffius (16) scribens: *wegen etlicher Stands-Personen / welche an sich selbst ihrer Geburt wegen Reichs-Stände / aber etlicher Herrschafften haben / die sie in Landsässigen Orten haben / Landstände und Unterthanen sind / pflegt die Frag zu entstehen: Ob dieselbe Personen wegen dergleichen Landsässiger Herrschafften, die sie in solcher qualität von dem Lands-Fürsten*

(12) Ex. ad D. 13. §. 28. seq.

(13) lib. 1. Spec. Juris publ. tit. 29. §. 8.

(14) V. Dicast. Waldec. relation. 5. adde Richter. vol. 2. conf. 1. & 2.

(15) p. 2. Beschrieb. und Vorstellung Dresden. tit. 1. p. 156.

(16) In addition des Teutschen Fürstens Staats §. 14.

ken recognosciren / nur in realibus und nicht in mere personalibus für Landsassen zu halten? In realibus præsupponiret man / und verstehet unter solchem termino alhier / daß sie an solchem vollkörnlich-Landsässigen Herrschafften und auf deren Bezirk und Unterthanen dem Lands-Fürsten das territorium gestehē / mit Steuer / folge / appellation, visitatione Episcopali, und dergleichen juribus : daß sie sich auch nicht weigern / ihrer administration halben an denselben Orten für dem Lands-Fürsten Rechenschaft zugeben / auch so fern personaliter vor Ihme zu stehen / wo sie nemlich in solchen Herrschafften contrahiren oder delinquiren. Merè personalia aber nehet man alhier / wann sie ausser dem Bezirk derselben Herrschafften und in ihrem Reichs-Lehen oder sonst anderswo durch contract verbunden / und also zum Exempel blosser auf die Landsässigen Dörter weder tacitè noch expresse versicherter Schulden halben personaliter für den Lands-Fürsten / dem sie ratione der Landsässigen Herrschafft geerbhuldiget haben / conveniret und beklagt werden. Die Landes-Fürsten wollen beydes von Ihnen erfordern / fürnemlich aus zweyen Fundamenten / als (I) daß solche Personen nicht allein vafallen, sondern auch erbgehuldigte Unterthanen / also mit ihrer Person individuè dem Lands-Herrn zu gehorsamen verbunden sind / woraus geschlossen werde / daß sie Ihn indirectè, und also in merè personalibus, für Ihren Richter halten / und Ihm dannenhero gleichergestalt gehorchen sollen / wann er saget : Solve quod debes, und vermeinet man an denen Landes-Fürstlichen Höffen nicht / das dieses der Reichs-Freyheit einen Abbruch verursache. Denn man mus doch allenthalben die Schuldigkeit endlich leisten

sten/ und hat der actor electionem fori, wann der reus
mehr als an einem Ort seßhaft ist / auch begehren sich
hierüber die Fürsten in die administration der Reichs-
Herrschaften/ und was davon dependiret/ nicht zu men-
gen. (II) Werden in den Fürstl. Canzleyen und Hoff-
gerichten actus allegiret und gezeiget / daß in solchen Fäl-
len auch in merè personalibus dergleichen Personen sich
submittiret haben. Hingegen setzen sich darwieder die
Vasallen und Landsassen/ die sonst ihres Geschlechts und
anderer Güter halben frey und immediat sind/ und re-
stringiren ihre Landsasserey und geleistete Huldigung ei-
nig und allein auf den Bezirck und administration der
Herrschaften/ die sie/ als Landsässig/ einhaben/ dafür
achtende/ wo sie auch in merè personalibus sich submittir-
ten / daß Ihnen ihre Reichs-Freyheit ganz vernichtet
würde. Dieses wird unverfänglich und sondern einiges
Theils præjudiz / zu dem Ende angeführet / das man
spüren möge / wie mancherley quæstion aus der defini-
tion eines Landes-Standes entspringe / welches etwa
nicht von allen so gründlich bedacht wird. Denen
Fürstl. Canzleyen und Hoffgerichten kan niemand mit
Fug verdencken/ das sie über der observanz der Vorfah-
ren halten. Einem jeden ehrlichen Mann und Diener
gebühret / præsentem statum tueri, den Stand den er ge-
funden zu behaupten / bevorab da er es mit gutem Ge-
wissen thut/ und kein scheinbarlich wider Recht und Er-
barkeit lauffendes Hindernis erkennen kan. Denen
Reichsgraffen/ Herrn und Freyen Ritterschaften ist ihre
Freyheit auch lieb. Ob aber in der Sache/ wann sie zu ver-
gleichen getrachtet würde/ nicht ein Mittelweg zu finden/
der beyden Theilen ersprieslich wäre/ darüber läffet man
die

Diejenige / welche es angehet / ihren besten Verstande nach urtheilen.

Nec à tributis omnino sunt immunes) Id vetus est. Trithemius Chronic. Hirsaugico ad A. 1277. de Friderico Austriae Duce. *Monasteria, Ecclesias claustrales, & templorum Christi ministros inauditis, inconsuetis & importabilibus exactionibus nimium opprimens, in extremam paupertatem deduxit.*

Qui bona in quadam regione possident, cum alibi domicilium habeant.) Quanquam in nonnullis regionibus subditi bona immobilia in extraneos vendendo permutando vel simili modo transferre vetentur. v. Würtemb. Land. Recht part. 2. tit. 9 §. wir setzen/ ubi etiam causa legislationis hujus exponitur, & Klockius de contribut. c. 13. n. 7. qui de aliarum regionum statutis testatur.

Hi retinuisse videntur jura majoris reip. (Hinc Th. Michael de jurisd. §. 58. *Plurimos in Romano videmus Imperio, qui ratione rerum Principi homagium praestant, ratione autem suae personae omnino liberi & nemini, nisi Casari, subditi sunt, eisdemque Constitutionibus Imperii, haud secus ut alios immediatos, uti, infinitis praedictis demonstrari potest.*

Quae neminem quidquam in earum regionibus possidere patiuntur, nisi sub lege subjectionis) Statutum tale in Bavaria esse ferunt, quod validum pronunciant Jcti nostri v. Besold. thesaur. pract. lit. H. n. 70. & de jurisd. c. 18. Gail. de arrest. c. 6. n. 10. Idem dicas de consuetudine. v. plures adducti à Casp. Ziegler. §. *Landfasserii in limitationibus n. 20.* Qualis etiam est in Hassia, ut testatur D. Schützius junior. l. 1. *Jur. publ. tit. 11 posit 3.* Wehner. in *observatiopraetic. voce Landfasseren.* Hinc etiam privilegiati in tota Hassia collectas in loco rei sitae solvunt. v. Reinking. l. 1. *de reg. sec. & Eccl. class. §. c. 4. n. 221.*

IV. Porro subditi alia adstrictior est, alia liberior. Nobilium in plerisque regionibus liberior est subditi: nam, praeter ordinis dignitatem, complures regalia ex dominorum concessione expressa vel tacita habent. (1) Adstrictior plerumque rusticorum est. De

(1) V. Clu-
ten. Syllog.
rer. quot.
concl. 26.

quibus N. Sixtinus 1. de regal. c. 4. n. 99. Stephanus 1. 2. de jurisd. part. 1. c. 7. m. 2. n. 138. Casp. Ziegler, ad aut. Praxin Calvols §. Nobiles,

quibus Joh. Bohemus, (2. eorum, inquit, qui in rure (2. L. 3. de pagatim villatimque habitant, quique illud colunt, & propter hoc rustici vel rurales appellantur, si credere velint, satis (2. L. 3. de morib. Gent. c. 12. circ. finem. misera & dura conditio est: seorsum ab aliis quisque cum familia & pecore suo humiliter vivit. Casa luto lignoque è terra paululum educta, & stramine contexta domus. Panis cibarius, puls avenacea, aut decoctum legumen, cibus. Aqua serumve potus, toga linea, perones duo, & pileus fucatus. Mox. Dominis crebrò per annum serviunt, rus colunt, & semine conspergunt, fructus metunt, & horreis important, ligna secant, domos adificant, fossas effodiunt. Nihil est, quod servilis & misera gens ipsis debere non dicatur. Nihil etiam, quod juste facere absque periculo recusare audent. Delinquens graviter multatur. Sed nihil est genti durius, quam quod prediorum, quæ possidet, major pars non sua sit, sed illorum à quibus certa frugum parte quotannis redimere debet. Hinc Eberhardus à VVeiche (3. non falso scripsit: Rusticorum non meliorem hodie in Germania, fortassis etiam deteriorem, quam olim mancipiorum apud Romanos, sortem esse. Adde quæ diximus in Dissert. de superior. territor. §. 4. Rusticorum non meliorem hodie in Germaniâ) Rarum est, quod scribit Felix Malleolus dialogo de Nobilitate & rusticitate c. 14. Rusticos plures esse liberos. (sc. à servitiis) in diœcesi Constantiensi & Augustensi, & præsertim in diœcesi Basileensi, in quodam territorio diœto Frigenberg, notabiliter esse constitutos, qui exquisitâ cavere soleant diligentiam, ne per conjugia mulierum non liberarum libertatis privilegia perdant successores. Scripsit autem hæc Malleolus circa medium Sec. XV. ut ex c. 37. in calce discimus. In Archiepiscopatu Bremensi Marslandi ad Albim & Visurgim Ordinibus Provincialibus fuere adnumerati, quemadmodum & hodie in Frisia Orientali plebs rustica iisdem accensetur. v. Husanum de hominib. propr. c. 6. n. 75. seq. Ziegler. ad Aur. Prax. Calvol. §. Nobiles.

(3. In verisimil. c. 4. n. 16. 17.

B

V. Est

V. Est & alia divisio subjectionis in mediatam & immediatam. (Hinc mit oder ohne Mittel unterworffene Unterthanen in Capitulat. Josephi art. 3.) Illa fit interventu jurisdictionis patrimonialis, cujus compoti, vulgo dem Gerichts-Herrn / vel si Nobilis est, dem Gerichts-Juncker / si civitas est, der Statt Obrigkeit parere subditi coguntur; & licet domino regionis fide obsequioque per sacramentum sint obligati, non possunt tamen illius ad judicium trahi, præterquam in casu protractæ aut denegatæ justitiæ, vel ubi à sententia appellatur. Tales Unter-five Hinterlassen (v. R. I. A. 1564. §. 37. ibi Hinterlassen und Angehörige) in Franconia die Cent- oder Centbare Unterthanen (vid. V. Crimin. Car. V. art. 254.) dicuntur, qui præstant die Centpflicht / & in Centenæ recognitionem exhibent certum frumenti genus Genthaffer / Rugehaffer. Ab his ibidem distinguuntur die vogtenliche Unterthanen / v. Knichenum [1] & Reinkingium. [2] In Saxonia singulare est, Nobiles distinguuntur in Schriftassios & Amtassios. Schriftassios (Schrift- oder Kanzleyassen) Princeps ἀμέσως imperitat. Amtassii (Ambtsasse) Præfectis seu Toparchis subjiciuntur. De iis passim agunt Saxonici Jcti [3]

Schriftassios Princeps ἀμέσως imperitat) ut & illis, qui ædes privilegiatas (Frenhäuser) inhabitant. v. Carpzov. part. 3. const. 12. def. 19. 20.

VI. Subditi sunt personæ, quæ regionis domino, quatenus major resp. non est excepta, fidem obsequium & reverentiam debent. Germani nuncupant Unterthane / Landleute (v. R. I. A. 1547. §. 66.) & si eminentioris sunt conditionis, Landsassen. Hinc cum in Capitulat. Caroli V. art. 6. mentio fieret der Unterthanen des Adels und

(1) C. 4. de super. terr. n. 447. seq.
 (2) Sc. de R. I. & Eccl. s. c. 11. n. 42.
 (3) v. ex professo Leiseri dissertatio apud Fritsch. part. 3. Exerc. jur. publ.

und gemeinen Volcks/ substitutum in Capitulat. D. Leopoldi art. 7. Landsassen / Unterthanen / Gemeinen und anderer / was stands und wörden die sind. Nam, ut jam olim observavit scriptor de Regimine Principum: [1] *Duces interdum dominantur Baronibus & Comitibus, ut in Theutonia & Regno Sicilia patet.* Idque adhuc hodie verum esse conspicimus in Archiducatu Austriae, Ducatibus Saxonis, Pomeranico & Marchionatu Brandenburgico. Quæri autem solet, num in Principibus profanis & Comitibus uxores & liberi Principis vel Comitis in subditorum conditione positi censeantur? Negant hoc complures, [2] sed argumentis oppidò infirmis. Etenim uxor socia quidem est, sed cum eminentia mariti. Societas quoque illa cum publicis rebus nihil habet commune, & cum uxor liberique Principum ac Comitum superioritatem non participant; habitatio autem in regione subditum faciat, non intelligitur, qua ratione sint exempti. Sanè in regnis uxores liberosque Regibus subesse negari nequit, ut fatetur ipse Betsius. [3] Nec desunt exempla in regionibus Germaniæ jurisdictionis in tales exercita. Ita Ludovicus Bavaria Dux, Comes Palatinus Rheni, Dominam Mariam uxorem suam, sororem Henrici Ducis Brabantia, quod eam de adulterio suspectam haberet, decollari præcepit. Ut est in Chronico Augustano ad A. 1256. [4] Quod si dicas, vetitum esse, in suâ suorumque causâ jus dicere: respondemus, hodie novum non esse, ut regionum Domini, controversias cum subditis habentes, sibi met ipsis jus dicant; nec deesse rationes evitandæ suspicionis, quando Consiliarios suos, quibus controversias submitunt, sacramento exsolvunt, & acta ad extraneos Jctos transmittenda curant. Porro non obstat, Principum

(1) L. 3. p. 286. conf. Reinking. l. 1. cl. 4. c. 14. n. 39. Limn. l. I. P. c 14. n. 94.

(2) Myler. de Princ. Imp. c. 34. § 4. c. 35. §. 4. Gamologia c. 7. §. 22. Strauch. l. 1. Spec. juris publ. tit. 34. §. 2.

(3) Betsius de part. illust. famil. c. 8. p. 435.

(4) Conf. Adlzreiter. part. 1. Ann. Gent. Bojic. l. 24 §. 26. ad A. 1256.

pum ac Comitum uxores liberosque dignitate maritorum & parentum pollere. Etenim dignitas illa est externum aliquid, & vim imperii non confert; idque inde evidenter intelligimus, quoniam hodie Principes fœminæ Comitibus nuptæ priorem dignationem in titulis & incessu retinent. In Capitulatione D. Josephi Regis præmio paterni etiam consensus, ut in Regem eligi posset, mentio facta.

Hodie Principis fœminæ Comitibus nuptæ priorem dignationem in titulis & incessu retinent) Olim secus erat. Nam ita Felix Malleolus de Nobilitate c. 5. *uxor Principis Principissa, & filia regis uxor Comitum dicitur Comitissa: ut visum est in S. Elisabeth, quæ fuit filia Regis Hungaria, sed dicebatur Principissa Comitatus Thuringia.*

VII. Cæterum ex jam dictis differentia non una subditorum colligi potest. Quibus accedit, subditos alios simul cives, alios tantum incolas esse. Hi vocantur **Einwohner/ Bensassen/** & in quibusdam locis **Bademe-re:** fiunt autem domicili constitutione, hoc est, habitatione certo in loco, animo ibi perpetuo consistendi, instituta, & distinguuntur à civibus, quippe qui jurium Civitatis participes **Burger/** in vett. chartis Burgenses dicuntur, aut si jure veniendi ad conventus provinciales gaudent, **Land-Stände** sive status provinciales audiunt. De quibus alibi.

Et distinguuntur à civibus) Magnam inter cives & incolas diversitatem existere Icti nostri passim tradunt: v. Mager *de advocat. armat. c. 10. n. 212.* Mevius *ad L. 1. Jur. Lubec. tit. 2. art. 2. n. 9 & 10.* simulque docent, in statutis civium appellatione non venire incolas. Myler *de Princ. Imp. c. 38. §. 9. v. omnino Lauterb. de Domicil. §. 4.* Equidem qui jus civitatis in civitate aliqua civitate natus est & ibi habitat, etiam incola censetur. v. Hahnus *ad Kesemb. tit. de judic. n. 16.* Carpzov. *l. 2. Respons. 21. n. 17.* sed non vice versâ, qui in civitate domicilium habet, civis est.

IIIX. In-

XIX. Incolis adnumerantur etiam Judæi, qui
 passim per Germaniæ Regiones degunt. Hi quondam
 Imperatori tantum obnoxii erant. Hinc jus Aleman-
 nicum c. 76. vocat **des Reichs-Knechte/ des Römischen**
Königs Cammer zu eigen gegeben. Judæi *Camera no-*
stra servi, est in chartis Conradi Regis Romanor. A.
 1246. (1) Ludovici Bavari A. 1323. apud A. **der Walde-**
ckischen Ehrenrettung. [2] Ruperti Regis 1401. apud Fre-
 herum [3] & passim. *Servi nostra Camera speciales* apel-
 lantur á Friderico II. apud Petrum de Vineis l. 6. ep. 12. Quo
 factum puto, cum Judæi sub Imperatorum patrocínio su-
 percilium erigerent, aliisque subditis Christianis molesti
 essent, ut subinde variis ex prætextibus crudelia quæque à
 Christianis paterentur, & magna eorum strages fieret. v.
 Otton. Frisingens. *de gest. Friderici. I. Imper. l. 1. c. 37. & seq.*
ad A. 1146. Trithem. *Chron. Hirsaug. ad A. 1282.* Annales Col-
 marienses *ad A. 1288.* Stronem *ad dict. Annum Adlzreitt.*
part. 1. Ann. Gent. Bojic. l. 25. §. 17. ad d. An. Albert Argenti-
 nens. *Chronico. ad A. 1348. p. m. 148. & seq. & de rebus gestis*
Bertoldi Episcopi Argentin. ad A. 1349. Spondanum *ad d. A.*
n. 1. Quemadmodum autem alia fisci jura, ita jus quoque
 habendorum judæorum ad regionum Dominos vel pri-
 vilegiis vel præscriptione sensim transivit. Jam Otto M.
 in charta A. 965. apud Benjamin Leuberum [4] Magde-
 burgensi Ecclesiæ concessit: *ne Judæi ullam aliunde, nisi ab*
illo, qui eidem Ecclesiæ præfuerit, districtiõis aut disciplina
sententiam vel regularem sustineant. Henricus Misnensis
 & Orientalis Marchio A. 1265. memorabiles Judæis leges
 tulit apud Fabricium. [5] Quid Carolus IV. *Aurea Bulla*
 c. 9. constituerit, notum est. Ejusdem Caroli IV. pactio-
 ne Henrico Abbati Fuldensi Judæos in tutelam & capita-
 tionem

(1) In privi-
 leg. Franco-
 furt. part. 1.
 ab init.
 (2) Part. 3.
 n. 4.
 (3) Ad Petri
 de Andlo
 l. 2. c. 10.
 p. 201.

(4) Magde-
 bur. Stavel
 unfug
 n. 1191.

(5) L. 1. an-
 nal. 1126.
 Misn. ad d.
 Ann.

tionem cessisse memorat Brovverus *l. 4. antiqu. Fuldens. ad A. 1337.* Idem VVormatiensibus A. 1348. privilegium dedit apud Limnæum, [6] Rupertus Imp. A. 1410. Rabano Episcopo Spirensi Judæos & imperium etiam merum super eos tradidit apud D. Schilter. [7] Ne de aliis nunc dicam. Imperatori tamen jus tributi & auri coronarii exigendi [**Gronsteuer und Opffergeld**] adhuc hodie superesse, contra D. Dietericum contendit Limnæus. [8] Utcunque sit, ubi Judæi habentur, secundum Leges Imperii (**Policen-Ordnung** de A. 1548. tit. **von Juden und ihrem Bucher** & A. 1577. tit. 20.) ab exercitio improbi foeneris, emtione furtivarum, ecclesiasticarum, aliarumque rerum, quarum commercium non habent, abstinere, res furtivas emtas sine pretio restituere, rationes suas linguâ Germanicâ conscribere, discreto à Christianis vestitu uti, & alia salubriter statuta observare, Regionum autem Domini eas leges accuratè exsequi jubentur. Neque crediderim, quod ex Leone Mutinense olim usitatum fuisse memorat Joannes Seldenus, [9] Judæis in Germania polygamiam ullô casu hodie permissam esse.

(6) Tom. 1. addit. ad l. 7. J. P. p. 370. seq.

(7) Comm. ad Jus Feudal. Aleman. c. 136.

s. 5.
(8) Ad A. B. c. 9.

(9) De uxore Ebraic. v. Colomes. in opuscul. c. 10.

Herili jure obnoxii erant) Fridericus II. Imper. in chartâ A. 1237. pro Viennensibus apud Petr. Lambec. *l. 2. Biblioth. Cesar. c. 5. p. 80.* *Cum Imperialis auctoritas à priscis temporibus, ad perpetuam Judaici sceleris ultionem, Judæis induxerit perpetuam servitutem.* Carolus IV. in privilegio, Joanni & Alberto Burggraviis Norimbergens. A. 1347. dato, apud Limnæum *tom. 1. addit. ad l. 7. c. 5. p. 845.* quo liberavit eos à debitis & fidejussionibus, quibus Judæis obstringebantur. *Alle Juden gehören mit Leib und mit Gut in unser Cammer / und seynd in unser Gewalt und Hände / daß wir mit unser Mächtigkeit damit thun und lassen mögen / was wir wollen.* Hinc perperam Carpzov. *p. 4. consil. 32. def. 22. in fine.* & Brunnem. *ad l. 7. C. de Judæis* docent, *Judæos cives Romanorum esse effectos.*

Variis

Variis ex prætextibus) Imputata in primis mactatio puerorum.
 v. H. Grotium *epist. ad Georg. Stupecki* 693. Acta Sancto. die 19.
April. de Wernero puero Martyre. Enimvero de puero Tridenti à
 Judæis occiso historiam, quam habet Sabellicus, confutare annisus
 est Isaacius Viva, in libro adversus Jacobum Geusium scripto, cui ti-
 tulus: *Index sanguinis*, productis Mocenigi Ducis Venetiarum
 A. 1475. 22. April. tabulis, quibus in ditione Paduanâ publicatum,
rumorem illum de puero necato commentum esse & artem.

(Ad regionum dominos vel privilegii vel præscriptione sensim
 transivit.) Judæos Ratisbonæ Ducibus Bavariæ, præsertim in cri-
 minalibus, fuisse subjectos, & ab iisdem die *getreue Cammer-
 Knechte* vocitatos, testis est Wigulæus Hundius *tom. 1. Metropol. in
 Episcop. Ratisbonens. p. 250.* tibi memorat, Judæos iisdem quotannis
 protectionis nomine aliquid præstitisse.

Res furtivas emtas sine pretio restituere.) Quod igitur Jure Sa-
 xonico Judæis pretium numerari jubetur, iidemque ab onere evi-
 ctionis immunes pronunciantur, hodie non valet, & in abrogatis
 habendum. v. Wehner. *voce Gewohnheit D. Marquard. l. 2. de jure
 Mercator. c. 9. n. 88. Frantz. ad tit. D. de evictionibus n. 325. sequ.
 Myler de Princip. Imper. c. 60. §. 6. Fritsch. de nundin. c. 8. n. 30.*

Discreto à Christianis vestitur) *Sec. c. 15. pr. X. de Judæis.* At
sec. Ord. Polit. A. 1530. tit. 22. Sufficit paradigma flavi annuli, tunicæ
 insutum aut pileo. In Concilio Provinciali Wiennensi A. 1267. con-
 stitutum apud Lambecium *L. 2. Biblioth. Cesar. c. 3. p. 66.* *Districte
 precipimus, ut Judæi, qui discerni debent in habitu à Christianis,
 cornutum pileum, quem quidem in istis partibus consueverunt de-
 ferre, & suâ temeritate deponere præsumserunt, resumant, ut à
 Christianis discerni valeant evidenter; sicut olim in Generali Con-
 cilio extitit diffinitum.* Vide quæ sequuntur observatu dignissima.
*Inter alia additur: nec Christianos infirmos visitent, vel circa ipsos
 exerceant opera medicina.*

IX. Subditi præterea alii temporarii sunt, alii per-
 petui. Inter illos referuntur, ex causâ temporariâ in re-
 gione quâdam commorantes, advenæ puta, hospites,
 aut tutelari & protectionis jure utentes, vulgo *Schirms-
 genossen/*

(1) v. Mey.
ad J. Lu-
bec. l. 1. tit.
2, art. 2, n.
29.

(2) Part. 3.
de Process.
execut. c. 7.
n. 42.

(3) v.
Frantzk. 3.
resolut. 10.
Struv. Ex.
9. §. 42.
Mey. p. 7.
dec. 48. d.
329 d. 377.
(4) v. 1. conf.
Marpur-
genf. 16,
Carpzov.
2. resp. 29.
& dec. illu-
str. 31 Schil-
ler exercit.
ad Dig. 13.
§. 32.

genossen / qui, secundum morem nonnullorum loco-
rum, sich beyin Schirmgericht einschreiben lassen. [1]
Tates, si delictum commiserunt, in loco commorationis
& forum sortiuntur & puniuntur. Neque enim neces-
sum est, ut ad Dominos suos, eos poscentes, remittantur.
Tametsi nonnunquam inter æquales vel non multum di-
spares humanitatis studio id dari soleat, cautione scripto
interposita (auf einen revers oder Gegenbekantnus)
rem hanc fraudi non fore, & consimili in causa paria, ubi
occafio tulerit, præstitum iri. Idque ex genio & con-
suetudine Imperii nostri receptum est, contra Leges Ro-
manas, quas non observari, an causam dolendi habeat
Colerus, [2] nescio. Eadem ratio est contractuum.
Nam Romanorum jure cognitionem de contractu ad il-
lum spectasse, sub quo contrahebatur, verius videtur,
etsi reus alibi degeret. v. l. 2. C. de jurisd. l. 19. §. 1. de Judic.
Nov. 69. c. 1. §. 1. At moribus Imperii nostri, præsens qui-
dem attinetur, ut respondeat; absens autem, licet voca-
tus, ut compareat, neutiquam cogi potest, præterquam si
bona in loco contractus habeat. [3] Si tamen ex privile-
gio Imperatoris jus, ut ne avocentur è foro domicilii,
habeant, ut Norinbergenses & alii, in foro rei sitæ aut
contractus aut delicti qui conveniuntur, ad forum domi-
cillii sui provocant. [4] Planè quæ dicta sunt hætenus,
intelligi oportet de privatis. Ipsi Status Imperii hoc jure
inter se utuntur, ut in hospites vel diversantes apud se, ob
parem dignitatis eminentiam, imperium sibi nullum ar-
rogent; nisi forte hostium personam induerint, idque
propter jus belli defensivi, quòd Regionum Dominis
haud dubiè competit. Hinc, extra casum huncce, si
contingat Statum Imperii in alieno territorio delinquere,
Facultas

facultas cognoscendi super delicto penes Judicium Cæsareo-Aulicum est; idque docent iudicata apud D. ab Andler. [5] Sigillatim notandum; Carolum IV. Rom. Regem. A. 1349. [6] speciali privilegio, quod Bulla Brabantina vocari consuevit, Johanni Lotharingæ Brabantia & Limburgiæ Duci concessisse, *ne aliquis Vasallus, subditus, aut servitor Ducis, heredum aut successorum ipsius, infra Ducatus Lotharingæ, Brabantia & Limburgiæ, & Marchionatum Sacri Imperii & eorum appendia seu pertinentias constitutus, in quibuscunque Episcopatibus, terris, provinciis, principatibus seu dominiis Sacro Imperio subjectis, ecclesiastica seu temporalis seu cujuscunque alterius jurisdictionis existat, loco & vice alterius, de eodem dominio, quacunque noxâ seu debito involutus, arrestari seu detineri rebus; aut corpore molestari debeat, aut alias molestias seu violentias quomodolibet sustinere; nisi fortassis reum seu debitorem hominem, qui viva voce manualiter non tractus, sed sponte propria se debitis seu delictis talibus obligasset, absque aliorum præjudicio contingeret personaliter comprehendere.* Brabantos. verò id eò extendisse, ut non modo subditos suos, in delicti vel contractus loco deprehensos, à jurisdictione illius loci eximere, sed & vicinos tum, ubi actor forum rei sequi debet, ad tribunalia sua evocare conarentur, exercitis etiam repressaliis & invasionibus arcium villarumque hostilibus. Unde multa questuum materia, in Circulo præsertim VVestphalico, & sanctiones Imperii. v. *Recess. Imper. Ratisbon. A. 1598. §. ob wir nun wohl 72. & A. 1641. §. nach dem 94.* [7] Instrumento quoque Pacis Os-
nabrugense art. 9. §. 1. conventum, ut abusus Bullæ Brabantinæ, indeque natæ repressaliæ & arresta, cum inductis peregrinis certificationibus, exactionibus, defensionibus,

(5) Ad tit. de jurisd. part. 1. n. 24.

(6) Apud Limnæum l. 5. juris publ. c. 2. n. 53.

(7) Adde scripta, apud Fritschii part. 2. Elect. Juris publ. c. 12.

C

(8) v. Scri-
ptum Elect
Colonienf.
A. 1674.
apud Schil-
ter, tom. 2.
Inst. juris
publ. tit 19.
& instru-
ctionē. Le-
gari Bran-
deb. apud
Pufendorf.
l. 12. Rer.
Brandeb.
§. 1. ad A.
1673.
(9) 2. obs.
35. n. 8. &
seq.
(10) Adl. 1.
Jur. Lubec.
tit. 2. art. 2.

bus, penitus tollantur. Nec minus, cum molestiæ non-
dum desinerent, (8) in Capp. Imperator. & Regias idem
receptum, & remedia suppeditata. v. Capitul. Ferdinandi
IV. art. 6. Capitul. D. Leopoldi & D. Josephi art. 8. Obser-
vari illud quoque meretur, multis in Civitatibus jus ho-
spitii constituto tempore, & plerumque anno terminari,
& abhinc civem aut incolam fieri. v. Gailium, (9) Me-
vium. (10)

Et forum fortiuntur & puniuntur) olim hæc res non ita liqui-
da erat. Nam, ut Adlzreitter *part. 1. Ann. Gent. Boj. l. 25. §. 9.* me-
morat, disceptata A. 1286, quæ Bojis & Suevis intercedebat, contro-
versia, de reis ex delicto capiendis, ut si Suevus in Bojica furtum aut
cædem aliudve facinus pœnâ dignum admisisset, aut vicissim, an
Suevo Bojum & Bojo Suevum vincire fas esset? quam litem Rudol-
phus Cæsar, adstipulante Ludovico Rheni Palatino, lege diremit,
*neque comprehendendum à Bojo Suevum, nec contra; sed delicti
cognitionem & correptionem per utriusque provincia delegatos, quos
pacis conservatores vocabant, conjunctim esse faciendam.*

Inter æquales & non multum dispares) Principes Nobilibus
hanc rem non solent gratificari. v. Besold. *thesaur. pract. voce Zies-
ferung der maleficant.*

Cautione scripto interposita) v. Fritschius *de literis reversal.*
c. 10. §. 3. ubi formulam exhibet.

Eadem ratio est contractuum. At moribus Imperii nostri) Jam
dudum Fridericus II. Imper. In Constitutione de juribus Statuum
A. 1232, apud Sibidatum in foro Julii facta, in *tom. 2. Inst. Jurisp.
D. Schilteri tit. 16. In Civitatibus nostris actor forum rei sequatur,
nisi reus vel debitor principalis ibidem fuerit inventus, quo casu ibi-
dem tenebitur respondere.*

Hinc si contingat Statum Imperii &c.) Hinc liquet, quid de
Betsii de pact. famil. illustr. c. 8. p. 447 doctrinâ sentiendum, quan-
do scribit: *Dux vel Comes in alterius Ducis vel Comitis provinciâ,
si delinquat, quin ibi apprehendi & puniri de jure civili possit,
non puto ambigendum, & exemplis id, nisi illa nimis odiosa essent,
svinei posset.*

X. A

X. A subditis distinguuntur vasalli, qui proinde non *Behorsame* / sed *Getreue* se vocare consueverunt. De quo vide Gailium, (1) Gœddeum, (2) & alios. Novum autem non est, Statum Imperii ab alio Statu vel integram regionem, vel particulam Regionis, aut à privato aliud quid in feudum tenere. De quo alibi. Unde porro sequitur, quod est in Instrum. Pacis VVestph. art. 5. §. 14. à solâ qualitate feudali jus sacra reformandi non dependere. Et vasallum, sub aliâ jurisdictione constitutum, à Domino feudi *ἀμείωτος* in jus vocari haud posse. v. Cole- rum. (3) Adde alia consuetaria apud auctores diligenter consignatos ab Ill. D. Eyben. (4) Cæterum in regionibus, quæ incolas omnes in subditorum numero habent, vasalli in iis habitantes etiam in subditorum conditione censentur. Ut in Saxonia, Pomerania, & alibi. v. Gailium. (5) Mevium, (6) Carpzovium. (7) Porro cum Vasallis non confundendi Ministeriales, quorum crebra in veteribus chartis occurrit mentio. In antigrapho Comitum Thuringiæ, quod Landgravio Henrico A. 1248. dederunt, est. [8] *Qui ministerialis existit, ipsi jus Ministerialis, si verò vasallus fuerit, jus vasalli sibi exhibebit utique, & etiam observabit.* Add. Chart. Henrici Roman. Regis A. 1232. apud Trithemium [9] chartam A. 1271. apud Limnæum. [10] Benè Marquardus Frecherus. [11] *Qui feuda, inquit, à Principibus non habent, sed affidati, clientes, stipendiati, ministeriales, Palatini eorum sunt, & quotidie ad serviendum parati esse debent. Diversi ergo à Vasallis Ministeriales re & nominibus, quibus in antiquis instrumentis separantur: Comitum de N. cum castris & munitioibus, fidelibus vasallis, Ministerialibus hominibus & omnibus attinentiis. Et in Teutonicis: vasalli Mann & Lehnleuthe/*

(1) De at-
rest. c. 7. n.
11. seq.
(2) De resti-
tut. Val-
lend. n. 479.
conf. Vul-
tej. 1. de
feud. c. 8. n.
25. Struv.
Synt. Feud.
c. 8. aph. 6.
c. 11. aph. 2.
(3) Part. 3.
de Proc.
executiv.
c. 2. n. 36.
(4) c. 11. El.
feud. §. 13.
seq.
(5) de atrest.
c. 7. n. 10.
(6) P. 2. dec.
325. conf.
p. 4. dec 33.
n. 8.
(7) L. 4. Re-
spons. 76.
(8) Apud
Ant. Weck.
part. 2. Be-
schreib. und
Vorstell.
Dresden
tit. 1. p. 156.
(9) Chron.
Sponhem.
ad d. Ann.
(10) Tom.
2. ad. ad l. 4.
p. 255.
(11) Notis
ad Const.
Car. Crassi
de feudis.

les Dienstleuthe vertuntur. Adducit deinde locum ex veteri Auctore de beneficiis, quem usibus feudorum Longobardicis antiquiorem dicit, & aliquando à se iri editum promittit, §. 131. *Quicquid homo non suscipit per hominum, non judicatur esse beneficium; sicut quum bona concedit Dominus suis ministerialibus non per hominum, sed secundum jus Curiae, hæc concessio caret beneficiali jure, si est concessio officialis. &c.* Brovverus l. 15. Ann. Trevirens. ad A. 1198. Ministeriales tunc appellati, quod apud patronum Principem, instituto Clientium, functiones in aula, ministeriaque vel delicata, vel eminentiora obibant; quales Dapiferi, Pincerna, Camerarii, tunc quoque Aula, Stabuli, & Venatorum Magistri Prefectique. De Ministerialibus hisce eorumque juribus est curiosa & insignis dissertatio apud Auctorem der Lindauischen Ausführung. (12)

(12) p. 590.
& seq.

* v. Lauterbach. de Domicil. c. 8. §. 50.

XI. Modus constituendi subjectionem est pactio expressa vel tacita. Hæc fit domicilii constitutione. Hinc vulgo traditur: * *Domicilium veram & unicam esse causam, que faciat subditum proprie dictum.*

XII. Modus subjectionem firmandi est homagium, five jusjurandum obsequii, Germanicè *Landshuldigung* / antique Hulda *Hulde*. Regum Francicorum hæc consuetudo fuit. Nam ita in l. 3. Capitul. 88. legitur: *Ut Missi nostri populum nostrum iterum nobis fidelitatem promittere faciant, secundum consuetudinem jam dudum ordinatam. Et ipsi aperiant & interpretentur illis hominibus, qualiter ipsum sacramentum & fidelitatem erga nos servare debeant.* conf. l. 3. capitul. 8. Capitul. Ludovici Pii A. 828. apud Steph. Baluz. p. 686. & Ej. Capitul. A. 829. p. 672. seq. Formulas habes in Capitul. Caroli M. 2. A. 802. & in Capitul. Karoli Calvi tit. 15. §. 13. Duravit diu sub Germanis Impe-

Imperatoribus, ut iis non tantum Duces & Comites, sed & milites gregarii & ingenui omnes fidem suam adstringerent. Memorante VVippone *in vita Conradi Salici*. Donec ipsi Regionum Rectores suo nomine à subditis iusjurandum acceperunt. Idque tertio decimo seculo jam in usu fuisse ex speculi Saxonici l. 3. art. 65. cognoscitur.

Modus subjectionem firmandi) dico firmandi. Non enim ideò quis subditus existimatur, quia jurat; sed ideo jurat, quoniam est subditus. Reinking l. 1. de Reg. Sec. & Eccl. cl. 5. c. 4. n. 6. & seq. Lauterbach. de domicil. §. 51. Unde simul liquet, quam parum aptè homagium inter jura superioritatis territorialis referant idem Reinking. d. l. n. 2. Ritter de homag. c. 3. §. 48.

Antique hulda Hulde) Fidelis obsequii sacramenta Huldæ memoria scriptor appellat apud Brovverum, loquutum de Balduino Archiepiscopo l. 16. *Annal. Trevirens. ad A. 1308*. Est is memoria scriptor *A. de rebus gestis Baldevvini de Lutzenburch l. 1. c. 5. ibi à nobilibus & subditis huldæ & subjectiones debitas accepit & l. 2. c. 2.* quem libro 1. *miscellan.* inseruit Baluzius. In charta Wittigonis Episcopi Misnensis A. 1319. apud Ant. Weckium in der *Beschreib- und Vorstell. Dresden part. 2. tit. 1. p. 164.* die Bürger zu Dresden sollen die Hulde sedia sehn. Est autem Hulde antiquum vocabulum Germanicum. Hinc dilecti Otrifido & Wileramo Holden. dicti. *In jure feudal. Alemann. c. 4.* est: *Der Man soll eine Herren Hulde tun mit sime eide &c.*

Idque tertio decimo seculo jam in usu fuisse) in erectione Ducatus Brunsvicensis, apud Meibomium *in opusculis*, Fridericus, Imperat. A. 1235. Ottonis Ministerialibus præcipit; *ut fidelitatis juramentum Duci secundum consuetudinem Imperii exhibeant.* In charta Abbatis de Vettingen. A. 1242. apud Guillimannum l. 3. de *Reb. Helvetior. c. 1. Homines predii in Ura juramento obligarunt se claustronostro fideles fore.* Carolus IV. Imper in chart. A. 1361. apud Meibom. *tom. 2. Rer. German. p. 378.* ut Archiepiscopo Magdeburgenses Cives fidelitatis & homagii juramenta præstent. In privilegio Caroli IV. Civitati Francofurtensi dato A. 1366. jubentur cives

ac incolæ Scabinis veterique senatui homagium dicere, quotiescun- que opus esse videbitur v. *Privileg. Francofurt. p. 141.* Add. chartam Ruperti Cæsaris A. 1400. in iisdem privil. p. 254.

XIII. Homagii vox, perinde ut subditi, est una earum, quæ *αὐτῶν* dicuntur, neque ad subjectas species se habet æquabiliter. Propriè autem & *πρωτῶν* homagium est, quando subditus fidem, obsequium & reverentiam jurejurando sine exceptione affirmat. Cui consequens est, si aliqua excipiantur, vel subjectio ad certam causam referatur, id *δευτέρως* & minus propriè homagium dici. Hujus generis sunt sacramenta; quæ illustribus tutoribus, possessoribus pignorum aut imperii vicariis præstantur, *Vormundschaft/ Pfands-Administrations- Wittuunbs-Huldigung*; item homagia limitata, *gemässigte Huldigung/* ubi jura imperii sunt divisa, & homagia, quæ vulgo realia nuncupari consueverunt. Equidem nonnulli partitionem homagii in personale & reale prorsus, velut ineptam, rejiciunt; * verum sine causâ: neque enim ejus sententia est, quasi homagio reali res tantum, personali persona obligetur, sed quod illud propter rem comparatum in totum hominem non descendat, & rei tantum contemplatione obliget.

* Vultej. 1. de feud. c. 6. n. 5. Schütz. 1. I. P. D. 6. § 17. Richter, de Verb. signif. lit. 1. n. 8. & vol. 2. conf. 2. n. 96.

Pfands Huldigung) hoc nihil præter nomen homagii habere tradit Gailius 3. *conf. 15.* Quod non putamus verum esse, si regio oppignoretur cum omnigeno superioritatis exercitio. Possidet enim creditor istud pignus cum animo sibi habendi.

XIV. Neutiquam verò loci hujus est jusjurandum ad quod nonnullis in locis homines proprii à Dominis suis, *ihren Hals-oder Leib-Herrn/* adiguntur. (1) Cujus formulam refert hanc editor Monumentor. Wurtemberg. (2) *Ihrem Leib-Herrn nicht abschweiffig oder fluchtig/ sondern treu/hold/ und mit Fron-Dienst/ Leib-*

(1) Besold. voce *Leib-Herrn* gene *Leuthe* *Eindauische* *Aufführig* fol. 839.

(2) Sub Monaster. Adelberg. pag. 69.

Leibsteuer / Pann / Fällten / Gelassen gewärtig zu seyn.
 Additur in nonnullis locis : auch ihr Leib und Gut /
 Weib und Kinder / so Leibeigen nicht zu verändern zur
 Heil. Ehe / zur Geistlichkeit / zur Ziehung in die Reichs-
 Städte. Hoc ad distinctionē der Landeshuldigung vocatur
 Erbholdigung. Quonquam vocabulum illud etiam ad
 juramenta referri soleat, quæ Comitibus aut Nobilibus
 Landsassis alicubi præstantur.]3] Quibus simile est,
 quod homines, qui Bogeleuthe dicuntur, jurare solent:
 Daß sie ihren Bogtherrn mit der Bogsteuer und zu
 ändern seinen Rechten / wie vor alters herkommen /
 treu und gewärtig seyn / Schaden warnen / und from-
 men werben wollen. [4] Sed & ab homagio diversa sunt
 juramenta, quibus Senatui urbico devinciuntur cives,
 (nisi civitas de superioritate territoriali participet) aut
 patronis clientes, [5] aut domestici sive familia-
 res Domino, quod assecurationis juramentum nun-
 cupatur. **Rechts-Ambts oder Dienstpflicht**; nisi for-
 te homagio ipsi, ut aliquando solet, sit ianexum. (6)
 Ubi observandum, hujusmodi administratos apud Evange-
 licos quibusdam in regionibus certæ religionis formulæ
 sub jurejurando se adstringere.

(3) v. Rein-
king. i. cl. 5.
c. 4. p. 41.

(4) Apud
Mager de
Advocat.
c. 10. n. 140.
seq.

(5) v. Me-
vius l. 1. ad
Jur. Lubec.
tit. 2. art. 3.
n. 34. 35.

(6) Vultej r.
de feud. c. 6.
n. 6. Rein-
king, d. l. n.
30. & seq.

Quod assecurationis juramentum nuncupatur) Ferrarius
 Montanus l. 3. in ul. feud. c. 7. *juramentum, inquit, quod assecu-
 rationis dicunt, à domesticis magis & familiaribus præstat, qui-
 bus cura esse debet, ut Domini vita corpus atque honor sit in tuto
 & securo. Quemadmodum & Principes domesticos atque fami-
 liares suos jurijurando sibi adstringunt.*

Certæ religionis formulæ se adstringere) Reinking. *Bibl.
 Policity ax. 62. Es ist an etlichen Orten ein Religions-Endt ein-
 geführet / welchen die Diener / sonderlich Käthe / bey Antrittung ihrer
 Dienste ablegen müssen. Daß aber ein Herr und Regent einen Reli-
 gions*

(1)
ur-
der
ist /
reib-

un-
tam
na
se
um
am
ens
au-
um
ous
riis
ns-
ge-
ho-
qui-
ale
sâ:
an-
ro-
en-

abe-
, si
ffi-

an-
Do-

gions. Endt von seinen Dienern erfordern und abnehmen möge / ist der Schrift nicht zu wieder / sondern kan mit vielen Biblischen Exempeln und Sprüchen Heiltger Propheten und Gottsetiger Könige beweuret werden. v. Deuter. XXIX. 2. Reg. XV. 14. Nehem. X. 29.

* Knip-
schild. 2. de
Civitat.
imperial. c.
9 n. 15. My-
ler de Princ.
Imper. c. 38.
§. 1. Ritter
de homag.
c. 3. n. 48. c.
4. n. 61.
(1) Brunin-
gus de ho-
magio con-
cl. 327.

XV. Finis homagii est, ut subditorum fides regionis Domino adductius obligetur. Quô spectat Jcto- rum verbum: * *Homagii præstationem esse subjectionis agnitionem, & superioritatis insigne ac tesseram.* Die Landes Ober- und Herrlichkeit bringe die Huldigung mit sich.

XVI. Jusjurandum hoc datur Regionis Domino. In Principatibus profanis & Comitatus illis etiam, qui spem successionis habent. Ut formulæ homagiales testantur. Dicunt Sacramentum viri, non feminae; (1) nisi sint eminentioris conditionis Landsassia, puta Abbatissæ aut similes. Non filii familias, etiamsi postea paternæ domus pars esse desinant. Apud Francos secus fuisse videtur. Nam ita Capitulare Caroli M. l. 3. c. 8. *Et infantes, qui antea non potuerint, propter juvenilem ætatem jurare, modò fidelitatem repromittant.* Qui mos hodie in quibusdam regionibus, & præsertim Civitatibus Imperialibus, superat. Clericos à juramento hoc absolvit Jus Canonicum. cap. nimis 30. cum sequent. X. de jurejurando. Nisi fundos in regione possideant. v. cap. unic. §. veru de Statu regular. in 6to quod moribus quoque Germaniæ est usitatum. (2) Loquimur de Rebusp. Romanæ Ecclesiæ addictis: nam apud Evangelicos indistinctè jurant Ecclesiarum Ministri. Quanquam olim in Hassiâ promissione nuda fuerint defuncti, quod de suis etiam temporibus tradit Reinkingius: [3] Sed postea mutavit. An à possessoribus prædiorum, quæ non inhabitant ipsi, homagium

(2) v. Gyl-
man. c. 1.
dec. Came-
ral. 46. n.
159. Wesen-
bec. 4. conf.
170.
(3) l. cl. 5 c.
4. n. 42.

magium rectè exigatur? dubitatum fuit. [4] Nos non dubitamus, imprimis si consuetudo suffragetur. Cum enim Dominus regionis ferendarum legum jure gaudeat, cur modum possidendi legibus circumscribere non queat? Subditus novè factus non præstat homagium; sed, teste Ferrario Montano, [5] moribus introductum, ut qui jus civitatis consequitur, jusjurandum præstet, in quo fidelitatis capita modo expressè modo tacitè etiam continentur, & ex eò pro fidei ac jurato habeatur.

(4) v. Vul-
tey 1. de
feud, 6. n. 89

(5) L. 5. ad
usus feud.
c. 1.

Viri non fæminæ) Hæ siquidem fragiliores, quam ut eis fidelitas credatur, aut operæ, quæ viriles sunt, imputentur. Ut Ferrarius Montanus loquitur *l. 5. ad usus feud. c. 1.*

XVII. Modum jurandi quod attinet, in Principatibus, Abbatibus & Comitibus, non nisi mutato Domino, homagium præstatur. Et in Principatibus quidem, qui successione deferuntur, actu regenti purè, successoribus sub conditione. Cujus generis homagii exemplum etiam extat in Instr. Pac. Osnabr. *art. XI. §. 7.* Inferioris conditionis subditi ut plurimum sub dio jurant; Clerici apud Evangelicos in Consistoriis Ecclesiasticis. Ante omnia par est antiquam formam servari. [1] Formulam ex Hassiâ nostra consignavit hancce Reinkingius: [2] **Ihr sollet geloben und schweren / daß ihr wollet den Durchleuchtigsten Hochgebohrnen Fürsten und Herrn/ Herrn N. Landgraffen zu Hessen ꝛc. und seiner Fürstl. Gn. (hodie Durchl.) Eheligen Männlichen Leibs-Lehens Erben / und in Mangel desselben ihren freundlich lieben Brüdern N.N.N. und ihren Eheligen-Männlichen Leibs-Lehens-Erben ꝛc. und im Fall der ganze Männliche Stamm der Fürsten zu Hessen todshalber abgangen und verstorben were / den Chur-Fürsten zu D Sachsen/**

(1) v. multè
apud Schra-
der. conf. 21.
n. 182. seq.
(2) L. 1. de
R. S. & Ec-
cl. cl. 4. c.
18. n. 24.

ste
ben
ger
Ne-
re-
to-
ni-
des
no.
qui
te-
(1)
Ab-
tea
cus
Et
tem
in
pe-
lvit
an-
eru
nia
cle-
Ec-
nis-
po-
An
ho-
um

Sachsen/Landgraffen in Thüringen und Marggraffen zu Meissen / und ihren Männlichen Leibs-Erben in Krafft der Erbverbrüderunge / und sämptlicher Beley- nunge auf die angezeigte Fälle / wie vorstehet / getreu ge- wärtig und gehorsam seyn / ihren Fürstl. Gnaden (ho- die Durchl.) und deroelben Erben Frommen Ehren und Nutzen fordern / Schaden warnen und wenden / nach eurem besten Vermögen / auch sonst alles andere thun halten und lassen / das getreue Unterthanen gegen ihren Lands Fürsten und Obrigkeit / von Gottes / auch Gewohnheit und rechtswegen zu thun schuldig seyn / ganz getreulich und ohngefährlich.

(3) Part. 4. Beschreib. und Vorstell. Dresden tit 8.
(4) In ap- pendic. li- bell. de feud. n. 7. & sequ.
(5) Fol. 840. sequ. add. Speidel. vo- ce gewärtig und gehor- sam.

(1) Klocki- us Relat. Cameral. 25. n. 10. & vol. 1. conf. 19 Myler de Princip. Imp. c. 88. §. 130

xonia ab aliquot seculis Anton. VVeckius, [3] alias Stryckius. [4] Vi igitur jurisjurandi hujus subditus ad fidem, obsequium atque reverentiam adstringitur; id quod inprimis vox **gehorsam** denotat, quæ propriè de homagio usurpatur. Quanquam interdum etiam aliis ju- ramentorum speciebus **der Leibeigenschaft und Lehu- Ende** innecti solet. Ut pluribus deduxit A. der Lin- **dauischen Ausführung.** [5] Planè ut vox illa etiam non semper subjectionem notat.

XIIX. Ubi limitatum præstatur homagium, à Domino Regionis vicissim tabulæ, privilegia vel jura po- puli firmantes, Homagial-sive **Huldigungs Revers**, dari solent. Ubi quæsitum novimus, an homagium ante ta- bulas hujusmodi præstas rectè exigatur? (1) Quâ in re ante omnia haud dubiè ad consuetudinem respiciendum. Si de eâ non constet, temperamenti esse loco poterit, si populus eâ lege ac conditione fidem suam Sacramento obliget, ut irrita habeantur omnia, & nihili æstimentur, nisi ex altera parte fuerit satisfactum. Cujus tempera- menti

menti usus est optimus & tutissimus in aliis etiam causis.

(2) In Rebusp. Ecclesiasticis non est rarum, Rectorem Sta-

(2) v. Box-
horn. Dis-
quis. politic.
cas. 15.

tibus Provincialibus & praesertim Canonicis majoris tem-
pli jura sua & privilegia jurejurando confirmare. Quin
& in profanis exempla vetusta occurrunt. Ita Johannes
Dux A. 1317. totius Brabantiae Ducatum accepit, juratus
more majorum, universa gentis privilegia rata firmaque
se habiturum. Ut memorat Petrus Divæus. [3] Adde

(3) L. 14.
Ret. Bra-
bantic. ad
d. Ann.

de Arnolde Gelriae Duce Joann. Isaac Pontanum. (4)

(4) L. 9.
Aristor.

Ast cum Anno superioris seculi nonagesimo nono Em-
dani Frisiae Comitem jusjurandum poscerent, abnuebat
hic, quasi indecorum esset, adigere Comitem arrectâ dextera

Gelt. ad A.
1423 & A.
1436.

jusjurandum dicere. Perinde aestimandum, si per famam

atque honorem suum juraret. Caesaris eum Sacramento ob-

strictum, eique regiminis rationem reddere teneri. Absur-

(5) L. 16.
Ann. Bel-
gic. A 1599.

dum esse, Principem subditis jurare. Ut refert Everardus

Reidanus. (5) In rebusp. Ecclesiasticis Principes Ger-

maniae in centum gravaminibus n. 85. conquesti: *Iniquis*

nexibus Principes & Abbates à suis adstringi Capitulis. Cum

Anno 1463. Theodoricus de Mörfa Archiepiscopus Co-

lonienseis vitâ functus esset, Capitulum Cathedrale & Sta-

tus dioeceseos Colonienseis unanimiter pacti sunt, ne im-

posterum electus Archiepiscopus potestatem habeat sua

sponte bellum suscipiendi, nisi id cum voluntate &

consensu Capituli & Statuum suscipiatur. Additæ aliæ

pleræque saluberrimæ constitutiones, in quæ Principes

ante inaugurationem jurare seque obstringere coguntur.

Hanc transactionem *die Lands-Vereinigung* vocant. ut

auctor est Stangefolius l. 3. *Ann. Westphal. ad d. Ann. p. 515.*

A. 1502. Ordines Treverici foedus iniverunt, hâc inpri-

mis conditione, ut non prius quisquam designatum

Episcopum arcibus manibusque reciperet, quam sacramentum accepisset, Ordinem ipsum utrumque, tam ecclesiasticam, quam civilem, privilegiis, libertate, & more majorum laudabili, tranquillè passurum vivere. teste Brovvero *l. 20. Anal. Treverens ad d. A.* Qui etiam memorat in *Antiquitat. Fuldensibus l. 4. n. 54.* Sub Friderico Abbate Fuldense, qui Anno 1383. præesse cepit, leges illas Capitulares à primoribus Congregationis conditas, in quas leges ac Statuta à recens electis jusjurandum postulari consuevit. Pacta notabilia & prolixa Friderico Brandenburgico, Archiepiscopo Magdeburgensi, præscripta habet Chytræus *l. 21. Chronic. Saxon. ad A. 1567.*

XIX. Ita firmata subjectio subditos arctius regionis Domino adstringit, quàm ipsimet Imperatori, Ut Reinkingius (1) ipse fatetur. Hinc preces & vota in sacris cœtibus pro eo fiunt. Quamvis hoc interdum etiam Patronis Ecclesiarum dari soleat, teste Stephani. (2) Mortuo regionis Domino concentus musici audiuntur nulli, quin & primores administratos dolorem suum pullatâ vestre testari moris est. Quæri hoc loco potest. An subditi in clientelam alterius se dare possint? ubi in utramque partem sunt auctores, affirmantes Schurffius, Killingerus, Sixtinus, Zieglerus, alii: negantes Reinkingius, Befoldus, Magerus, alii, quos omnes in partes vocatos videre est apud Knipschildium. (3) Horum tamen potior est sententia, maximè si resp. sit regularis. Ecquid enim clarius Recess. Imper. *A. 1529. §. wir auch io. wir auch Chur-Fürsten Fürsten Prælaten Grafen und Stände haben uns einmütiglich verglichen / das keiner des andern Untertanen und Verwandten / des Glaubens und anderer Ursachen halber / in sondern Schutz und*

v. Bor.
Dif.
polic.
cal.

(1) De R. S.
& Eccl. 1.
cl. 5. c. 5. n.
66. add.
Knichen
c. 1. de supe-
rior. terri-
tor. n. 1354.
(2) De jure
patron. c.
34.
(3) De Ci-
vitat. Im-
per. 24. n.
40 seq. add.
Rumelinus
& Myler
part. 2 ad A.
B. Diff. 5.
§. 9.

(1) De R. S.
& Eccl. 1.
cl. 5. c. 5. n.
66. add.
Knichen
c. 1. de supe-
rior. terri-
tor. n. 1354.
(2) De jure
patron. c.
34.

(3) De Ci-
vitat. Im-
per. 24. n.
40 seq. add.
Rumelinus
& Myler
part. 2 ad A.
B. Diff. 5.
§. 9.

und Schirm wieder ihre Obrigkeit nehmen sollen noch
wollen / alles bey Bann und Straff des Kayserslichen zu
Wormbs aufgerichteten Land-Friedens. Addatur R.
Imper. A. 1544. §. doch soll kein Standt. 83. Rec. Imp. A.
1555. §. es soll auch kein Standt. 23. ubi exceptio addi-
tur, si subditi Patronos asciscendi jus antiquitus habue-
runt. Capitulatio D. Leopoldi art. 9. Olim quoque fre-
quens fuisse videtur, ut subditi jus alienæ Civitatis acci-
perent, eoque frui vellent in sua patriâ. Quod ne ampli-
us fieret, Imperatores jam à seculo tertio decimò gravi-
ter edixerunt. Ut Henricus Rex A. 1232. Fridericus II.
Imp. A. 1236. (4) Carolus IV. A. B. tit. 16. **Reichs-Ord-**
nung zu Trier und Cöllen aufgerichtet A. 1512. §. item
als an uns 17. Inter status quoque nonnullos pactiones
initæ, quas **Richtunge** / sive **Rachtunge** / nuncupabant.
Tales subditi Phalburgeri dicebantur. De cujus vocis
origine, ut hoc obiter notem, variæ hæctenus fuerunt sen-
tentia. Ego à veterum Romanorum *Falis* seu *Phalis* di-
ctos arbitros, quæ speculas seu militum in agris receptus,
turribus comunitos, notarunt. Ut ex Ennio Nonius
Marcellus nos docet. Usus etiam hæc voce Plautus &
Juvenalis. Festus, Servius, & post eos Isidorus, Fala-
ricæ vocabulum inde deduxerunt; Neque aliunde de-
scendit Fauxbourg Gallorum: his enim *al* in *au* sive *aux*
commutare solenne est. Adde Carolum Cangium in
Glossario loca adducentem, unde liquet in barbarâ latini-
tate vocem adhuc fero in usu fuisse. Fuerunt igitur
Phalburgeri, qui in aliqua regione domicilium habentes
liberis civitatibus certâ se conditione adscribi fecerunt,
ut in earum falis sive phalis, sive sint speculæ, loca turri-
bus communita, sive suburbia, haberent receptum. Un-

(4) Apud
Goldastum
in Statut. &
Rescript.
Imp. p. 79.
p. 82. p. 167.
& tom.
unic. con-
stit.

D 3 de

de veri est simile, & satis innuit A. B. d. tit. 16. tales cristam erigentes eo praesidio multa in patriam suam turbasse. Ab his diversi fuere Ufsburgeri, extranei cives, die *Mußbürger* / qui sine fraude cujusquam jus civitatis alicujus habuerunt. Nam novum non fuit, Nobiles aut etiam eminentiores regionum Dominos liberarum Civitatum civibus adscribi. Exempla complura habet Limnæus, [5] de Argentorato Jacobus Venckerus. [6] Ipse V Vilhelmus Rex in charta apud Johannem de Becka testatur, *se jam dudum Trajecti ad Rhenum promissa fidelitate Burgensem effectum*, idque altero postquam Rex factus Anno, hoc est millesimo ducentesimo quadragésimo octavo, ut memoriae prodiderunt A. Chron. Magn. Belgic. & A. Chronic. Holland. [7]

(5) Ad A. B. tit. 16. §. 1. observ. 8.

(6) Dissert. de Phalburg. & Ufsburg. §. 13. cui in nuperâ editione complura acta publica adjecit.

(7) v. Lehmann. l. 5. Chron. Spirens. c. 40.

Variae haecenus fuerunt sententiae) plerique derivant à falso, unde falsiburgerus *Falschbürger*. Alias habet Jacob. Wencker *Diss. de Phalburg. §. 8.*

A Falis sive Phalis) hujusmodi phalæ adhuc passim hodie circa civitates praesertim Imperiales conspiciuntur. Firmat conjecturam hanc, quod adhuc hodie in Saxoniâ *Pfalburger* vocantur, qui in suburbiis habitant. Nam ita Ordinatio Pol. Elect. Saxonici A. 1612. edita: *Pfalburger / so auffer der Stadt wohnen. & in Resolut. Germanorum Provinc. Elect. Saxon. A. 1662. mentio fit der Pfalburger vorm Thore. v. Wencker d. d. ff. §. 20.*

XX. Cæterum nexus inter regionum dominum & subditos non est insolubilis. Nam liber homo (in propriis aliud obtinet) aliò demigraturus, ut ibi domicilia figat, invitus attineri nequit. Idque secundum LL. & mores Germaniæ omni prorsus dubio caret. v. *Rec. Imp. Anno 1555. §. unsere 24.* Testis de Ducatu V Vurtembergico Lauterbachius, [1] de Hasfia Ferrarius Montanus, [2] de universa fere Germania Arumæ-

(1) De domicilio c. 9. §. 60.

(2) L. 3. in usus feud. c. 7.

us.

us. [3] Quanquam valeant contraria regionis consue-
tudo aut statutum, ut rectè docet Mevius [4] & alii apud
Lauterbachium. [5] Aut si hæc absint, vectigal ab emi-
graturis solvatur. de quo alibi pluribus dictum. Subditus
invitus citra meritum expelli nequit, ne quidem reli-
gionis causa ut multi statuunt secundum Instrument.
Pac. art. 5. Nec qui Judæos in protectionem semel susce-
pit, sine justa causa expellere eos potest, ex privilegio
universæ Judæorum sectæ à Carolo V. Spiræ concessio,
& à Rudolpho II. in Comitibus Spirensibus confirmato:
adeo ut soleant adversus expellentem mandata cum cl.
decerni. [6] Hinc in literis salveguardiæ, quas Sereniss.
Principes Hassiæ concedunt Judæis, ita cautum legitur:
**bisß us unser wieder abschaffen / so wir Ihm zuvor ein
ganzes Jahr ankündigen lassen wollen.**

Quanquam valeant contraria regionis consuetudo aut statu-
tum) Qualis lex quoque olim apud Argivos fuit. Nam ita Ovi-
dius 2. Metamorph.

*Prohibent discedere leges,
Pœnaque mors posita est patriam mutare volenti.*



COROLLARIA.

I.

Rectè rejicitur divisio inter Majestatem realem & perso-
nalem.

II.

E contrario summa potestas in ordinariam & extraor-
dinariam seu *ᾠερατικὴν* rectè dispescitur.

III. An

(3) Ad A. N.
tit. 13. d. 1.
6. §. 12.

(4) L. 1. ad
Jus Lubec.
tit. 2. art. 2.
n. 69. sequi

(5) d. §. 60.
conf. Lyser.
de Amtsass.
& Schrift-
fass. §. 37.

D. Rhe-
tius de Stat.
Subject. in
Germ. c. 5.
n. 16.

(6) Sixtin.
de Regal.
l. l. c. 5. n. 24.
Rulant.

part. 3. de
Commiff.
l. 3 c. 7. n. 5.

AK 77 4626

III.

An salutis publicae causa civis innocens hosti ad supplicium tradi queat? Rectè negatur.

IV.

Minus rectè definitur jus publicum, quod ad Statum Reipubl. Romanae pertinet.

V.

Αυτοχρησία est contra jus natura.

VI.

Necessitas non habet legem: hinc tempore famis alteri non egenti aliquid auferens furtum non committit.

VII.

Vasallus contra Dominum feudi non committit crimen Majestatis.

VIII.

Neque J. Civ. neque Canon. neque semper hodierno datur actio ex pacto.

IX.

Matrimonium putativum eodem fere jure utitur quo verum.

X.

Privilegia personalia ad heredes non transeunt, aliisque cedi nequeunt.

F I N I S.



WMA

M

*Ms. n. II, 142
li. 37, 15.*

SUB
TER

JOAN

J. U. D. ET
Præceptore

LUDOVIC



GISSÆ-HASS

DI

NE

AO

LICO,
titate

RTIUS,



LLERI.

II k
4626



Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

KODAK Color Control Patches

Kodak

LICENSED PRODUCT

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

© The Tiffen Company, 2000

Inches
Centimetres

